FLAVIUS IOSEPHUS

Klosterneuburg, Ende 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=671
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cebat quibus quecumque probarent manifesta fierent. quod
neque ea que ad utilitatem nobis necessaria sunt. sua po
testate potuerit possidere. que secundum iuuentutis
fortitudinem ministrant. Cui hominum est solummodo
honorem et actionem tribuere gratiarum. Propter que chal
deis et aliis mesopotamitis in eum consurgentibus mi-
grationem eligens. sequens pro uoluntatem et adiutorium
dei terram chananeam late possedit. ubi collocatus
altare edificauit. et hostias ymmolauit deo.
Meminit autem patris nostri abraham berosus. non quidem
nominans eum. sed ita dicens. Post diluuium decima
generatione apud chaldeos fuit quidam uir. iustus et
magnus. in celestibus rebus expertus. Hecateus autem et iam
memoria plus aliquid fecit. Librum enim de eo con
ficiens dereliquit. Nicolaus uero damascenus quar
to historiarum libro sic ait. Abraham ibi regnauit
in damasco. ueniens aduena cum exercitu de terra
que super babilonem dicitur chaldeorum. Igitur post non multum
tempus exsurgens et iam de hac regione cum populo
suo terram que tunc chananea. nunc uero iudea dicitur. ha
bitauit. et hi qui de illo multiplicati sunt progeniti.
de quibus in alio libro que dicenda sunt explanabo. Abra
ham uero usque nunc in damascena ciuitate nomen ha
betur in gloria. et uicus ostenditur qui ab eo habitati
o dicitur abraham.

Fame uero posteris temporibus adprehenden
te chananeam. abraham egiptios uiuere
feliciter audiens. ad eos proficisci tendebat. ut
eorum habundantia participaretur. et sacerdotum
simul auditor esset et agnosceret que de his expo
nerent. et aut meliores inueniens sequeretur. aut
eos sua prudentia in ornatum meliorem transponeret
deducens pariter saram. Metuens autem uesaniam
egiptiorum circa mulieres. ne rex eum propter mulieris
speciem trucidaret hanc excogitauit artem. ut fratrem
eius assimularet. Sed et illam hoc respondere docens.
eo quod sibi prodesse confideret. Qui cum uenisset egiptum
postulatum abrahe quod ipse prouiderat. Tunc enim
pulchritudo uxoris innotuit. unde et pharao non
sufficiebat de his que de ipsa dicebantur. et iam ipsam in
spicere festinauit. arbitratus se saram contingere
posse. Sed deus impediuit desiderium eius iniustum. egri
tudine scilicet et tumultu causarum. Cumque pro li
bertate sacrificaret. pro ira dei pestem sacerdotes ad
uenisse significabant eo quod uxori peregrini iniu
riam uoluisset inferre. Ille uero pertimescens. inter
rogauit saram. ut diceret ipsa que esset et ille quem

adduxerat. Qui cum ueritatem audisset excusabat
se apud abraham. dicens putasse sororem et non eius uxo
rem et festinasse circa eam cognationem facere sibi.
et non iniurie causa suum desiderium perpetrare. Cui
multa quoque munera condonauit. et ut esse intra sa
pientissimos egiptiorum instituit. uirtutemque eius et
gloriam ex hoc esse contigit clariorem. Nam cum essent egip
tii diuisis moribus complacentes. et ad inuicem leges pro
prias reprobantes. et ad se propterea dissidentes. sibimet
eos comparans. et unumquemque despiciens. uerba eorum
inania atque nichil habentia demonstrabat. Erat
ergo in ammiratione cunctorum tanquam uir sapiens.
atque paratus non solum ad intelligendum. sed et ad satis faci
endum. et ad loquendum quecumque dicere niteretur.
Arithmeticam eis quoque contulit et que de astrologia sunt
ipse quoque contradidit. Nam ante aduentum abrahe
hec egiptii penitus ignorabant. A chaldeis enim
hec plantata noscuntur in egipto. unde etiam perue
nisse noscuntur ad grecos. Et cum uenisset in chana
neam partitus est terram cum loth. Dum pastores eorum iur
gia inter se facerent. propter loca pasture electionem
tunc atque conditionem concessit loth. Sumens itaque ip
se partem ab eo relictam. habitauit in ciuitate e
bron que est antiquior annis .vii. ciuitate egiptia
ptanide. Loth uero terram que est posita in campo cir
ca iordanem fluuium habitauit. non longe a ciuitate
sodomorum que tunc iam erat bona. nunc autem probatur exter
minata uoluntate dei. quam loco proprio designa
bo. Illo namque tempore assyriis asyam optinentibus rex
sodomitarum ualde florebat diuiciis et iuuentu
te multa quibus erant quinque reges eorum prouinciam
gubernantes. ballas. baleas. sinnabarus. sinobo
rus. et ballinorum rex. Singuli namque eorum habebant
proprium principatum. Aduersum quos egressi assyrii.
et quatuor partes sui exercitus facientes obsidebant
eos. Dux enim erat unusquisque donatus ordinans.
Commisso ergo prelio uincentes assyrii. tributum impo
suerunt regibus sodomorum. Duodecim siquidem annis isti
seruientes. tributum sibimet impositum soluere
passi sunt. xiiimo. abstinuerunt. Qua propter exercitus assyriorum
super eos aduenit. ducentibus simul exercitum rabsido.
ariocho. chodorlahomor. thadallo. Isti namque et uni
uersam diripuerunt asyam. et gigantum sobolem
subuerterunt. Qui cum uenissent sodomis. castra
posuerunt in ualle que dicitur bituminis. Illo namque
tempore putei erant in eo loco. Nunc enim extermi
nata ciuitate sodomorum uallis illa palus effecta